UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Maximiliani Sandæi E Societ. Iesv Doct. Theol. Paradisvs Amantium, Colentium, Imitantium Christvm Crvcifixvm

Sandaeus, Maximilianus

Coloniae, 1648

96. In complexu Crucifixi, eiusdemq[ue] osculatione cum lacrymis exspiras.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55065

Visual Library

a. *Epiſtola* XI. *ad Seuerum.* b. *Ægidius Gelenius lib. 3. Magnit. Colon. Syntag.* 1. *S. Helena peculiariter fuit affecta erga Clauos Crucifixi: quare in galea filij ſui vnum ſplendere voluit ad tutelam.*

VI.

AMATOR CRVCIFIXI

in complexu Crucifixi, eiuſdemq; oſculatione cum lacrymis exſpirat.

96. IOANNES COLSIVS.

IOANNEM COLSIVM Ordin. Eremitar. S. Auguſtini Virum Venerabilem, Verbi DEI præconem diſertiſſimum, ſanctiſſimam CRVCIFIXI Imaginem complexu, oſculis, & lacrymis pientiſſimè venerantem in æde Auguſtinianâ Gandani, ad alteram vitam tranſiuiſſe ſcribit eiuſdem Ordinis Poëta, carmine eum celebrans;

Colſius ille tui, IESV Dux optime, Verbi
Præco tua Myſtes Colſius ille CRVCIS:
Perpetuæ vitæ fontibus iam proximus ibat,
Lecturus ſolidæ poſteritatis iter.
Cùm tepidis vdus lacrymis ſanctiſſima poſcit
Symbola, Caluario ſymbola nota iugo,
Atque armos inter & brachia læta reductam
Illacrymans multo perpluit imbre, CRVCEM,
Oſculaq; effundens lacrymis feruentia dixit,
TE ſine non volui viuere, nolo mori,

Nolo